 tuunt ſanitatē: rbeuma. phibēt: et lac mlieribꝝ p
 uocant. hec Dial.
Aluſaic .i. alumen
 Cap. 35.

Lumen latine: grece ſtipterea
 ara. vero ſebel: vel al
 far. Alumē eſt vena terre que p̄ nimium
 calorem in album colorem tranſducit. Et ſit alu
 men in regionibus valde calidis et precipue in lo
 cis ſulfureis et ignitis. quod album eſt illud melius
 et acutum et ſalugini admixtum. q̄ autem terre
 um eſt et ſeculentū imparū et non bonū: diu ab ſcꝝ
 corruptione ſeruat. Cuius tres ſunt ſpēs medicie
 apte. i. ſtiptereū. inde ſtiptereatiſtis: et illud eſt q̄
 dicitur alumen iamenū. et iſta eſt ſpēs q̄ dicitur alu
 men ſciſſum: quod de pluma vel ſcallola vulgo di
 citur. Et eſt ſecunda ſpēs q̄ dicitur alumen rotun
 dum: q̄d zucarinū vocat̄ ob ſimilitudinē zucari.
 Et eſt tertia ſpēs q̄ dicitur alumen liquidū: q̄d voca
 tur alumē de rocha vel lipparinum: vt Caſſius ſe
 lix cap. de ſtomachi morbis. Sciendū q̄ quan
 do alumē ſimpliciter ponit̄ de ſciſſo intelligit̄. inue
 nitur etiā aliud alumen: q̄d vocatur alumen aſſoz
 quod inuenies ſi leges ſram vſnen. Eſt alumē ca.
 et ſic. in .iij. gradu. habet virtutē exſiccandi vehe
 menter et conſumendi. Plinius cap. de alumine.
 Alumen eſt ſalugo terre. plura eius genera ſunt
 in cypro: candidū et nigrū: exigua coloris differen
 tia. ſit aut̄ oīno ex aqua limoꝝ hoc eſt exudantis
 natura corrinatū hyeme: eſt iūis ſolibus matura
 tum: q̄d fuerit ex eo precor candidū ſit. Signitur
 in hispania: egypto: armenia: macedonia: ponto:
 aphyrica: inſulis ſardinia: melolippara: ſtrongile
 laudatiſſimū quod eſt in egypto: huic primum in
 melo. huius quoq; due ſūt ſpecies: ligdū ſpiſſūq;
 liquidū probatio eſt: vt ſit lym pidū lacteumq; ſine
 offenſis fricatum cū quodā igniculo caloris: hoc
 pbozimon vocant. Alterū genus pallide ſcabreꝝ
 nature: et q̄d inſicitur galla: ideoq; hoc vocat̄ pa
 raphozon. Et infra aliud vnū genus ſebifton
 vocant̄: greci in capillamenta quedam caneſcētia
 debiſcens. vnde quidam trichitū potius appella
 uere. hocq; ſit ex lapide ex quo r̄ id calcitis vocat̄
 vt ſit ſudoꝝ quidem eius lapidis in ſpumā coagu
 lams. Et eſt alterum genus quod ſtrigilin vocat̄
 due ſunt ſpēs eius. fungoſum atq; omnium ore

bilui facile: q̄d in totum damnaſ. Melius eſt pa
 micoſum et foraminū ſiſtulis ſpōgie ſimile rotun
 duꝝ. nā candidiori propius cū quadā pinguedine
 inherens fricabile nec inſiciens nigricia. opūmꝝ
 ex omnibus quod melinum vocat̄ a melo inſula
 vt dixi. **Dial.** cap. de alumine. Aluminis
 mus. **Sera.** ſpēs ſunt multe. ſed medicie
 tres neceſſarie: rotundum: ſciſſum: et liquidū. Ro
 tundi aluminis probabilius eſt quod naturali ſu
 erit rotunditate formatū: ſubalbidū et nō lapido
 ſum: fricabile: et aliqua ex parte calidū: pingue et
 vehementer redarguens et non lapidoſum: albos
 capillos veluti pectinatos ſimilans: et nō in gtebal
 compreſſum. deinde liquidū aluminis melius eſt
 quod eſt leue perucidū in ſūmo aliquid i modū
 floꝝis quaſi. **Sera.** li. aggre. cap. ſeben. Sebe
 lac habens. **Sera.** id eſt alumen. habet ſpēs
 multas. ſed ille que adminiſtrant in medicinis ſūt
 tres. Una eaz eſt illud quod dicit̄ iamenū et e me
 lius. et melius eſt illud quod eſt nouum: album: for
 albedinis: facile ſe diuidens: habens in ſe. velut ca
 pillos albiſſimos quos ventus rapit. et e acre mul
 tum et ſtipticum non habens lapides. Deſert̄ hoc
 tale ex babylonia. et ſecundum eſt rotundum: et e
 ſecūdum in bonitate. et melius ex eo eſt illud quod
 eſt ſimile tucie et rotundum naturaliter: et non ar
 tificialiter factum. et otundū cuius color eſt albus
 et ſtipticum valde. et eſt in eo parum citrinitatis et
 cito fragibile. eſt aut̄ hoc ex babylonia. Et tertiū
 eſt humidū: et melius ex eo eſt claz habens ſuper
 ſe velut floꝝe ſimile lacti equaliū partiū: et eſt totū
 humidū nō habens lapides et odorat̄ ex eo odor
 velut igneus. Et idē anc. Gal. Subſtātia oīum ſpe
 cierum aluminis eſt groſſa: et ſubtili ex eis eſt ia
 menum: poſt ipſum rotundū. Alie vero ſpēs om
 nes ſunt groſſe mltū: et i ſapore eiꝝ ſtipticitas mltā
Aui. li. ij. ca. de alumine. **Alu.** **Doſſe.**
 Puluis aluminis et carnis marien cōfectus cum
 vermibus inuentis in pingui terra ipoſitus valet
 ad cancrum. licinium in tali confectione inſictū
 et orificiū ſiſtule immiſſū conſert. Balneū aque
 aluminose conſert hydropticis: ſcabioſis et artēti
 cis: ſi tamē non naturaliter inuenit̄: ſiat artificio
 ſe hoc modo. Sal et alumen bulliant i aqua et ſer
 uentibus lapidibus fundo imiſſis ſupraſpergatur
 aqua calida: et patiens in medio vaſis ſedeat: et po
 ſtea ex aqua lauet̄. liciniū inunctū melle et ſuper
 aſperſo puluere aluminis imittat̄ orificiū ſiſtule
 et conſert: ſed prius lauet̄ locus cū aceto. Alumen
 ſanat inflationes gingiuaz abluto ore ex aceto et
 alumine fiat ablutio: precedente tamē appoſitioe
 ventofarū cum ſacrificatione circa collū et ſpatu
 las. vel ſic: ſcarifices p̄us poſteriorē ptem capitis
 tertia die poſt ſcarificationē appoſitis ſanguiflu
 gis i ipſis gingiuis: deinde lauet̄ os bis vel ter i die
 ex illo aceto: et ita lauet̄ vſq; ad ſtuor dieꝝ: quia
 mltū valet. Itē ſit puluis ſatis expert̄ ad lenādū
 vneā: Recipe aluminis iameni balauſtie: corticū
 granatorū acetozoꝝ: roſaz et ſeminū eiꝝ: gallarū

cinnamomi grossi curcume: piperis: pyretri: sal
armoniaci ana equaliter. Itē alumen bulitum in
vino si ex eo tepido abluatur os mire curat vice
rationes palati: precedente appositione muscillagi
nis gūmi draganū i

Dias. Omne alumen
aqua rosa. dissolutū.

virtutē habet cō
strictiua. medetur deniq; putredines ⁊ sanguinis
fluoz; ginginas humectas ⁊ dentes mobiles cū
aceto vel melle. Itē aurū fluozes admixto succo
poligonie herbe curat putredines cū sale duplici
modo. sagedenica quoq; vlcera admixtū gallig
simili pondere: carnes superfluas ⁊ sudores alaz
seu ingui

Sera. speciez aluminis est ca. ⁊
⁊ niptica ⁊ abstergit obscuritatem visus. ⁊ aufert
bothoz q̄ sūt in facie. ⁊ conodit carnē supfluaz in
scabie ⁊ alijs vlceribus. ⁊ pbibet vlcera fraudulē
ta ne augeant in corpore. ⁊ abscondit fluxū mēstru
ozum. ⁊ restringit ginginas a gbus fluit salina ni
mia. ⁊ qñ miscetur cum aceto ⁊ melle confirmat
dentes cōmotos. ⁊ qñ nascit cū melle cōfert alco
le. ⁊ qñ miscet cū succo virge pastoris confert bo
thoz ⁊ cursui humiditatis ex aurib; qñ coquit cū
folijs vinee cū melle confert scabie vlcerate. ⁊ qñ
coq̄ cū aqua ⁊ linie sup puritū aut sup vngues
leprosas: aut sup panariciū: aut sup excoziationes
que sūt a frigore confert. Et qñ miscet cum fece
aceti ⁊ cū quātitate sui ex galla cōfert vlceribus
conositis fraudulētis. ⁊ qñ lauat caput cū aqua
eius occidit pediculos ⁊ lendines. ⁊ nascit ex eo
cōuenit fluxui mēstruoz; ⁊ prohibet impgnatio
nem. ⁊ est bonū apostematibus ginginaz ⁊ vulue
⁊ cōfert dolozi aurū ⁊ dolozi testiculoz; ⁊ pfert
cōbustionib; ⁊ liniunt cum eo apostemata pble
gmatica ⁊ cōfert. ⁊ qñ linie ex eo pecten: ⁊ subas
selle aufert fetozē eoz. Et idē auct. eiusdē. Aduri
tur oc alume: ⁊ assat sicut adurif ⁊ assatur colco
tar vel

Auic.

Decoctio aluminis confert
calcitis. qñ ex eo colluit os dolozi den
tiū. Bulcasim li. g dicit seruitoz. Adurif alumen
sicut calcantiū: nisi q; non sit rubeum: sicut illud.

Dias. Uritur autem omne alumen siue af
satur: vt calcitheos.

- Alantcurac sunt frustra subtilia: que interdū in
dysenteria emittunt: ⁊ sunt substantia ipsozum in
testinozum.
- Alundobadeste. i. cost? Alupum. i. turbit
- Alupfulide vel aliffediles. i. alkekengi
- Alupifon i. alupta
- Aluruitaram quid est. l. l. caybas
- Alusne. i. vlnce Alusue idē qd supra
- Alusen i. alquascen
- Alusnen. i. sulfurata: et fm q̄sdam est herba de q̄
fit alcali.
- Alusmes i. passule sine grassis
- Alustas. i. papaner Alutrica. i. galla
- Alupta i. lenticula aque
- Aluta ē coriū sup qd cerotaria extenduntur
- Aludobandest i. costus

- Alubilia i. fruct? thamarisci
- Aluum. i. venter Alubili idē qd supra
- Aluthi meroscē. i. nomē loci in quo sunt schole
- Aluthan i. oleastrum
- Alutur i. lenticula aquatica
- Aluxufentu i. aqua de cason
- Aluzumet i. vinctuosa et pinguis
- Albutium. i. affodillus Albug idē qd supra
- Albuse i. anellana affata
- Albugilisse i. lactuca asini
- Albundicati i. anellana
- Albule i. macule oculi albe
- Alburna est quedam species calamenti
- Albutega. i. cucumer Albugbe idē qd sup
- Albundec indi i. nux indica
- Albucon i. herba de qua fit assa
- Albudacatini. i. anellana Albulbud. i. bulbud
- Albuzaram. i. zedoaria Albusac. i. sulfur
- Albaudari id est vena transiens per minus fora
men velaminis. Albrungi. i. semen
- Albulabic. i. rubus qui facit moza
- Alcanadafnasioniton. i. almea
- Alcula vel alcola. i. pustule vlceroze que in ore et
lingua sunt
- Alcuet. i. fricatio cum manibus
- Alcunesc i. fruct? thamarisci
- Alcurati vel alcorati sūt frusta subtilia intestino
rum: q̄ interdum in dysenteria emittuntur
- Alcutub et cutubub sunt species melancolie
- Alcumini i. cibarium
- Alcufen. aliar: almar: em cigi: sekinfon
- alfralinada succaton : turefule: aufigi: theben: en
taras: bec noia sunt. xij. genera piscium.
- Alcurnesit i. fruct? thamarindi
- Alcundar. i. thub Alcumbar idē qd sup
- Alcundes i. radix bellebozi
- Alcubeb. i. caro super pūnas affata
- Alcubet idem quod supra
- Alcuscua id est furfur grossi panis
- Alcubula i. lauda capitis
- Alcufur est species cuiusdam piscis
- Alcufeset. i. pōdus siliq̄ Alcusugi. idē qd supra
- Alcubi. i. perdir. aliqui dicunt q̄ est fasianus
- Alcul est nomen cuiusdam piscis
- Alcurub. i. lampas Alczem. i. alcozodie
- Alcufem idem quod supra
- Alkuefric nomen est cuiusdam medicine
- Alcubd i. butirū crudū
- Alcusi. i. costus Alcursuma. i. herbilia
- Alculba i. fenugrecum
- Alcuafari i. stricnra narium
- Alcuia i. parue pustule
- Alcunati. i. pus generati i oculoz; tunicis
- Alcurat i. vrica
- Alcuia tria dic: ē enī fons os et vetula q̄ tēdit ad
finē Alcuabe. i. empeligo
- Aldulach. i. arbor dactili Alfued. i. os stomachi
- Alfuminis vel alfins. i. phillium
- Alfudengi i. decoctio metastri
- Alfulafeti. i. vinum decoctū ad tertiam

Alful .i. faba
Alfus lence .i. morphea alba
Alfulfulen .i. ozimum
Alfulsumen idem quod supra
Alguacmi est quādo facta est cōcussio in ligamēto ossium: sed non est perfecta dislocatio.
Alguachues .i. alienatio mentis
Alguafegues idem quod supra
Alguenati .i. etas i qua egredit sperma
Alguinum vel auguinum .i. lacualis
Alguedi .i. humor ille qui egredit cū aligs tangit mulierem.
Alguafit .i. cupatorium
Alguair .i. qñ hō loq̄ plane: r qñ cū terroze
Alguada r species morphee albe: sicut apparz in lra albaras.
Alguafet est illa egritudo q̄ multiplicat in hora vna: r in regione vna et est pernecabilis: r nos vocamus eā pestilentia. hoc vocabulum ponitur per Hippocra. primo regiminis acutozum.
 Cap. 36.
Alguascen grece arabi. alu sen: r latine lilia lis. Lillialis ē qdā herba bñs folia sic rubea tinctoz: nisi qz sūt minora: r vtrūq; aspera expādens se p terrā sicut herba granoꝝ vel rubeo ei flos ē parvus: sicut flos solatri bñs recte figuram .i. ij. cap. alguascen vel alufen. **Al lili.** **Anic.** guascen est herba cuius flos est si milis lilio: r ppter hoc dī lillialis. est ca. r sic. in primo gradu. Un̄ desiccatur cū equalitate r abstergit r fert panaricio: r resoluit totū illud cū eqlitate
Gal. vi. de sim. medicina cap. alissuz. **Alissuz** sine amplosilon dicta ē quide alissum herba: qz mirabiliter fert moris a cane rabido imo r iā occupato rabie propinata sepe sola sana uit. Pōt aut̄ hoc ex similitudine q̄ fm totā substātia: vt dictū est prius qz huiusmōi potentia sola ex pericia p̄cipit. r iō caret arte. figs aut̄ vtaf in plurib⁹ cognoscat qz diaforeticum ē mediocriter: r siccaturū cū eo qz aliqd absterfionis bz. hinc autē alfos r efilinas m̄dificat. Plini⁹ cap. alison. **Alison** similis ē rubeo tinctoz: r nō distat ab ipa: nisi qz rami r folia sūt minora. Un̄ alison nomē accepit eo qz a cane moris rabie sentire nō patiunt
Algunur .i. carnes que sunt in gingiuis
Alguafion .i. gen⁹ colūbaz generatū semel i āno
Alguarifen idem quod supra
Alguata .i. hedera
Alguafab .i. armoniacū
Alguardenitū .i. infirmitas q̄ orit i palpebris itus r non dimittit oculum aperire r rubet.
Alguafagnati .i. tenebrositas
Alguradaiane .i. celidonia magna
Alguere .i. sorbe vel nespilla
Alguafit .i. cupatorim **Alguarda** .i. rosa
Algunar .i. carnes que sunt in gingiuis
Algue .i. inquietudine
Alguben .i. sorba vel nespilla
Alguada vel **algueda** .i. morphea alba

Alguarsegues .i. inquietudo qñ .i. homo loquitur secum: r non potest dormire
Alguascenes .i. alienatio
Alguabam .i. malus appetitus cum quis aliquid appetit: vt carbones vel lutum r bis familia
Algumiunt .i. carnes que sunt in gingiuis
Albulab r **ellub** .i. mercurialis: r aliqui dicunt qz est species baucie agrestis fetctis: de q̄ fit galbanū
Albulaic .i. cretani marini
Albumoz .i. caro que est inter dentes rubea
Alku .i. furnus **Alkuomē** .i. spuma maris
Alkuabe .i. emptigo
Alkusa .i. poma mādragoze
Alkuse idem quod supra
Alkutit .i. fructus thamarisci
Alkutium .i. sparagus **Alkuf** .i. dragontea
Alkues .i. dulcia: sicut confectio de melle
Alkuful .i. qñ apparent radices pilozum albe cūz extrimitates sunt nigre.
Almuri .i. salfamcum: r vocat garus. **ll. garus** r litteram muri.
Almutil .i. spēs melācolie
Almuten .i. herba de qua fit asa
Almubacem .i. intestinum rectum
Almubescemati .i. oculus adherens suo inuit vni loco.
Almugati .i. citus factus ex almes
Almusatagi .i. rotura coznee qñ illud qd̄ apparet de ea est res modica: r vocat formicalis.
Almugath .i. testiculus vulpis: r est satyrion
Almugati .i. mugat **Almuria** .i. garus
Almusofat .i. brodiuz cibabile: qd̄ latine vocatur amozusia.
Almubasifa .i. in quo apparet forma q̄ ē ad modum epatis quantum ad colozem r siccitatem.
Almumcan .i. celidonia
Almurmam .i. clani **Almusca** .i. macer
Almuet ē nomē istrumēti cuiusdam
Almusaragi .i. vuez egressio. aliq̄ dicit qz est dilatio pupille.
Almusafata .i. caput oblongum multum r vtriq; laterum planum: vt cooperatura domus.
Almumuch .i. cost barcost
Almubathar .i. intestinum rectum
Almiorati .i. medium cozporis r vtriq; lateris mensura. ix. digitorum delaborati
Altmiden .i. herba de qua fit asa seida
Alsul .i. oculi q̄ sunt inter variū r nigz medij
Alsucaram .i. rannus
Alsulaseu .i. vinum coctum ad tertiam
Alsul .i. faba
Alsuzogem .i. ptes q̄ sūt in circuitu ani
Althuoib .i. ille qz coit stercus suum cūz sperma descendit: r non regit anum suum.
Altula .i. flores doctilozum
Altuifuma .i. herbilia **Alturola** .i. ampulla
Altuabe .i. emptigo **Altomeli** .i. aq̄ d̄ rason
Alturat sūt frusta sbilia q̄ i dyscteria egrediūt
Alzumet .i. vinctuosus **Alzun** ē gen⁹ ellebori
Almacus .i. salisucus

Ammacafarie	.i. gummi cipressi
Amanis	.i. spica celtica
Amais	idem quod supra
Amantilla	.i. fu
Amanafueti	.i. nigella
Amanaram	.i. aconitum
Amanina	.i. artemisia
Amaracus. i. sanfucus vel maiorana	
Amaric	idem quod supra
Amozola	.i. camedrea
Amarantium	.i. artemisia
Amarion	.i. sanfucus
Amaritum	idem quod supra
Amaracti	.i. sarcocolla
Amanchina	.i. artemisia
Amaria	.i. maiorana
Amaris	idem quod supra
Amarantum	.i. herba crassula
Amaratus	.i. maiorana
Amaioratus	.i. saturegia

Cap. 37.

Amaricest ara. vel pētafilez grece aligos: vel ligos: latine agnus castus: vel salix marina: vel alexandrina: vel arbor abrahe. Agn^o castus frutex est farmetofa: cuius stipites sunt recti et duri ad frangendum: folia eius similia folijs oliue: nisi quia sunt maiora molliora et longiora. flos eius est purpureus et aliquando albus: et semen eius simile piperi. folia eius medicine competunt: et non radices: et flores magis. Et ubique agnus castus simpliciter inuenitur: flores intelligas. Agn^o castus enim omni tempore inuenitur viridis et in aquosis locis magis quam in siccis. qui viridis maioris est efficacie quam exsiccat. dicitur enim quia libidinem repellendo castum reddit: ut agnus: ca. est et sic. in secundo gradu. **Sera.** li. aggreg. capit. amaricest siue amaricest. auc. Dias. Amaricest. i. agnus castus: et est arbor abrahe. semē eius dicitur semen agni casti: et nominatur piperella: et est piper eunuchorum. et sunt ei due species. et dicitur kistos: eo quod religiosi sternunt hanc plantam sub lectis ad refrenandum libidinem. et nominatur login propter duriciem virgarum eius: et est planta in magnitudine arborum. nascitur prope aquas et locis aequis. habet virgas duras ad frangendum et folia eius sunt similia folijs oliuarum: nisi quia sunt longiora: maiora et molliora. et quedam species huius plante habet florem purpureum: et quedam habet florem album: et habet semen simile piperi. Et idem auctoritate Gal. quod administratur ex illa arbore est semen folia et flores. Et seminis quidem et florum substantia est subtilis valde: et est ca. et sic. in. ij. **Dias.** cap. agnus siue translatione nominatus alexandria appellata est. Agn^o dicitur propter castitatem nomine greco. siquidem subtracta corporibus potentiam veneream tollit. id est semen eius potius datum idem operatur. Aligos autem dicitur est propter suauitatem: et est frutex arboris: et na-

scitur circa flumina vel in campis aquosis: longas mittens virgulas que difficile franguntur. folia oliuis maiora atque molliora habet. Et species sunt due. altera est cum flore purpureo: altera cum albo semine quoque habet tanquam piper et virtutis feruēt. **Agnic.** li. ij. cap. de agno casto. Agnus castus ca. in primo gradu: sic. in secundo. et est resolutius subtilitatis et disgregatiuis venositate. et in ipso est apertio cum stipticitate. et est remotus. **Gal.** vi. sim. pbar. cap. de agno casto. id quod administratur ex illa arbore in medicina sunt semen et flos. et seminis quidem eius et floris substantia est subtilissima. et in sapore eius est acuitas siue acredo et stipticitas. et virtus eius est calida et sicca in 3^o gradu. **Dosse.** Lectus ex eo factus reprimit libidinem. fomententur et genitalia ex aqua decoctionis ipsius: et succus etiam poterit. Contra gonorrhoeam flores eius vel folia decoquantur in aceto: et addito castoreo cataplasmata genitalia. valet enim agnus castus mirabiliter ad libidinis extinctionem inaniendo spiritus et consumendo sperma. hoc similiter facit ruta: maiorana cuminum calamentum et anetum: sed in hoc potestior est agnus castus. sunt enim ista ca. aperitiua et extenuatiua. Sunt etiam alia que extinguunt libidinem in spissando sperma: et congelando: ut psyllium: semen lactuce: citrulli: melonis et cucumeris portulacae: scariolarum: acetum: agrestis: sumach: et camphora: et similia. In succo agni casti semenum feniculi. 3. ij. et esule. 3. ij. coquantur: et mane colatura detur leuco phlegmatico. vinum etiam decoctionis agni casti mulum confert. Agn^o castus dimittatur in amurca olei: ut putrefiat: et addito vino forti fiat decoctio: coletur: et addita cera et oleo fiat unguentum: cuius inunctione splenis duriciem vel ventris remollit. fomentum factum ex aqua decoctionis agni casti matricem exsiccat: et eius consumit superfluitatem: et ipsius officium angustat ad menstrua prouocanda. fiat fomentum ex aqua decoctionis ipsius et centrum galli. Contra lithargiam fiat decoctio cum agno casto: apio et salvia in aqua salsa: et fortiter ex ea fricetur posterior. **Sera.** auc. Bal. Agnus abscindit libidinem. bidine: coitus: et maxime quando comeditur semen eius. et prouocat menstrua. et resoluit apostemata dura que sunt in membris corporis. **Dias.** agn^o cast^o phibet mederi serpentum morsus. Itē semen eius bibitū hydropicis et splenicis medicat. morsus venenatis occurrat. lac mulieribus prouocat. menstruis imperat. bibita. 3. i. cum vino veteri extinguit venerem. dolorē capitis comouet: adhibes somnum. Elixiratura feminum et foliorum eius tumores stericos dissoluit fomēto vel dispergit. pulegio mixto vel bibito: aut fomētatione adhibitu menstrua prouocat. et dolorē capitis tollit. et cataplasmatibus mixto oleo et aceto lithargicis et freneticis prestolatur. vitem fomentationem capiti prestat. ibi lecto positus pedes lignis ardet: et sumigatio sua id prestat nouit. duriciem testium tollit

cobustus. et pampino addito: ragadias sanat ani
 semen eius cataplasmatibus recte miscetur. folia
 eius papulas corporis leniunt. cocturam itineris
 sanant. semē flores et folia ea sunt et sic virtutis. et
 in ipsa substantia subtiliandi huius facultatem. etenim
 ventibus ea in gustu videntur aera et stiptica. nam
 si manducantur calefaciunt nimis: et capitis do-
 lorem excitant. Reprimunt ergo folia: flores et se-
 mina: quia stiptica sunt veneres actus. Et si folia
 et flores in lecto substernent: eadem faciunt non so-
 lum viris sed etiam mulieribus. sic etiam mandu-
 cata et bibita faciunt. inde ergo arbor dicitur agnus
 castus: quia id facit. nam et semē eius ad epatis et
 splenis scilicet: vel constipata huiusmodi loca
 iuvat. indurata digerit loca. Et quia virtus eius
 leptomeris est non solum non commouet libidines
 sed etiam reprimit: sicut etiam ruta: sed calidior et
 ficior est agnus castus et virtute abundantior
 sed non dissimilis qualitate. est autem specialis vir-
 tus. **Gal.** Agnus castus abscondit libidinem
 et coitus: et maxime quando comeditur
 semen eius. Et agnus castus a mulieribus ateni-
 cibus in lecto sternitur: et reprimit libidinem. Agnus
 castus prouocat menstrua et resoluit apostemata
 dura que fiunt in membris corporis. quod autem ca-
 put tangat non est. propter multitudinem spiritus va-
 porosi orti ex eo magis quam propter caliditatem ratio-
 nabilium et partium subtilitatem. Si enim genera-
 tiuus in flatu i spiritus esset: inflaret utique ventrem
 et augmentaret impetum coitus velut eruca: sed ne-
 dum quod prouocat: sed sedare aptus natus est coitus.
 Est autem comestibilis eius fructus: palamque ca-
 lefaciens cum eo quod dolore capitis faciens est: mi-
 nus tamen si affertur. Nam sic cum tragematibus
 manducatur: et minus dolorem capitis facit. non est
 autem inflatus ventris etiam qui non est tor-
 factus. compescit libidinis impetum: tam torrefa-
 ctus quam non torrefactus. **Auic.** Sit ex agno casto em-
 plastrum cum folijs suis
 torfioni neruorum: et remouet laxitudines. et facit
 sodam. et bibitis subet facit. Et quando ex eo fit
 emplastrum facit sodam. Et est ex eis que multi-
 plicant lac: minorando sperma. fitque eius potio
 duarum. 3. vsque ad 3. iij. et aperit opilationem epa-
 tis et splenis: et valde iuvat ad remouendum eorum
 duritiem. et cum bibitur ex eo cum oximelle qua-
 titas duarum. 3. confert hydropisim. Et sedet in eius
 decoctione propter dolores matricis et apostemata
 eius. et bibitis cum mentastro et euaporat: desiccet
 sperma. et quando ex stipticibus eius sternitur sub
 dorso: prohibet pollutionem et virge erectionem
 et suffumigantur mulieres cum vehemens deside-
 rium adest coitus: et remouet illud. et confert pre-
 cipue semen eius fissuris ani. et fit ex eo emplastrum
 cum butiro duricie testiculi precipue cum semine
 eius. et confert morsum serpentis cuius bibitur ex eo
 3. vna. et similiter morsum canis et lupi superposi-
 to emplastro: et fumigatione facta ex eo. et eius fo-
 lia fugant venenosa. Et idem Serap. auctoritate
 Dial. Semen ipsius quando sumitur in potu con-

fert morsibus venenosis. et confert ad hydropisim
 quando ex eo sumuntur. 3. ij. cum vino et prouocat
 vnam et menstrua: et debilitat virtutem sperma-
 tis: et inducit sodam. Et quando semen eius bibitur
 cum pulegio: aut fit fumigatio cum eo: aut nasca-
 le prouocat menstrua. et quando fit emplastrum
 cum eo curat sodam. et quando fit eius semine ei-
 us aqua emplastrum sedat dolorem ragadiarum
 ani. et ipsum semen cum folijs curat exituras et tor-
 siones neruorum et vulnera. Et putant aliqui quod si
 viator faciat ex ligno eius baculum: quod deferat
 secum in itinere custodit eum ab offensione lapi-
 dis et aliarum rerum: et ab excoaratione que fit
 per confricationem in membris.

Amasates. i. ebulus **Amatrum.** i. sansuce
Amamosis. i. perfectum videndi impedimentum
 sine maxima passione.
Ambagum. i. trupbarium vel vagum
Ambar i. sambucus
Ambar i. ambra
Ambramela i. nigra

Lap. 38.

Ambra grece et latine arabice
 vero ambar. Ambra se-
 cundum quosdam est fructus arboris sub mari cre-
 scentis: vel gummi vel manaco fontis in mari. et
 secundum quosdam est iecur piscis: et secundum quosdam spu-
 ma maris: et secundum alios est sterco animalis maris
 sed falso: quoniam ambra generatur sub mari in
 speciem fungorum: qui generantur in terra. cali-
 est in secundo gradu: sic in primo circa finem. So-
 phisticatur autem ambra cum ligno aloes stora-
 ce calamita et laudano resolutis addito musco re-
 soluto in aqua rosata: et apposita aqua in parua
 quantitate. Sed cognoscitur quia sophistica pot
 malaxari sicut cera: ve **Sera** libro aggreg.
 ra autem ambra non. **Sera** capitulo am-
 bar. Dambar id est ambar: nascitur in mari: ge-
 neratur in speciem fungorum qui generantur in
 terra: et quando mare turbatur: eijcit a fundo eius
 lapides magnos: et cum eis eijcit frustra ambra: et
 plurimum ex ea egreditur in mari: quod est in ter-
 ris gingios et in occidente: et illa deferunt almaca-
 die. deferunt enim illuc homines qui nominant
 mibere id est veloces: quando nouerunt quod mare
 eorum eiecit ambra. Melior autem ex ea est illa
 que inuenitur in insulis illarum regionum: et in lit-
 toribus ipsius cum figura rotunda: coloris celestis
 illa vero que est alba sicut ouum strucionis est
 mala: et est illa quam deuorant quidam pisces ma-
 gni qui dicuntur azel: qui cum deglutiunt eam
 occiduntur ab eis: et natant super aquas mortui:
 quos videntes homines de gingios proijciunt su-
 per eos vncos ferreos: et extrahunt ipsos de mari
 et extrahunt ambra de ventre eorum: et est am-
 bra non bona: maxime que in ventre reperitur. et
 nominant eam apothecarij persie maioris madi
 verum illa que reperitur iuxta spinam dorsum est pu-
 ra et munda multum et bona valde. et sic et hoc est

quātitate more quam **Dias.** Ambra calida facit in ventre piscis. est et sicca.

Anic. li. ij. cap. de ambra. Ambra ca. ē r sic. r dicitur qd sit caliditas eius in secun-

do: r sic. in **Posse.** Cōtra syncopim ac pmo gradu. Cēpe. 3. i. ambre. r. 3. 5

ligni aloes: r. 3. ij. ossis de corde cervi: que omnia resoluantur in aqua ro. r fiat pillule r ppinentur

Cōtra epilepsia pone ambraz r cornu cervi in va se vitreo super carbones: r patiens suscipiat per os r nares fumum r multū valet. Cōtra suffoca-

tionem matricis: qd oppmūt spiritualia: ponat simi liter in vase vitreo cū alijs aromaticis r recipiat fumus per

Sera. Ambra cōfortat cerebruz os vulue. r corroboret ipsum: r sen sus oēs r cor. r ofert senibus r frigidis pplexiōe.

Dias. Ambra virtutē a cerebro pstat. r ce teris sensibus seu cordi. adiuuat qd qd senes: r illos qui a frigidis humoribz possidentur

Anic. Ambra cōfert decrepitis subtilitate sua. r confert cerebruz r sensibz. r con fert pectori. Et idem de viribus cordis ait: qd con forat cor. Almansor tractatu tertio: capit. de am bra. Ambra ca. ē. cerebruz qd atqz cor robusta effiē

Amsaricon i. hypericon

Amsgailem. i. arbor gummi arabici spinosa cuius lanugo est sicut cotum: ex cuius fructus succo fit acatia.

Amelbacarim i. lepus marinus

Amecchim i. ozimum citrarium

Ameis i. extremitas vite

Amellentum i. sine inguine

Amemel i. carbunculi

Amenonis. i. folia papaueris: sed melius ameno nis. i. papauer nigrum.

Amenius i. genus cibarij

Amene i. si simbrū

Amentum i. vitrum coctum

Ameos emithetinis. i. alumē scissuz vel stipterea

Ameos quid est lege litteram nauचना

Americ i. maiorana

Amerina arbor est non multum a salice distans

Amesates i. ebulus

Ames. i. serpens quidam diuersorum colorum

Amece i. a medio

Ametiscus. i. gemma quedaz preciosa: coloris vi olacei: p qua. i. Lametiscus.

Amelonis siluestre. i. nasturtium

Ameis. i. reddidomum: vel moula vel semē mo rule rubi.

Ameu idem quod supra

Amblem radix vicia interpretatur

Amsesibeena. i. quodam genus serpentis

Cap. 39.

A **OSleg** id est myrabolani embli-

ci: belliget. i. myrabola ni bellirici. Ubi sciēdum qd myrabola ni emblici r bellirici sunt ex alio arboze pducti qd alie spēs myrabolanorum: sicut apparet in littera balilig. r ideo hic determinatur de istis. in lit-

tera ballig vero determinat de alijs speciebus myrabo-

Sera. li. aggreg. cap. de amlegbelli- lanorum. get. Amlegbelliget. i. myra-

bolani emblici r bellirici sunt fri. r sic. i. sine tertij gradus. r extingūt acuitatem sanguis r caliditate cholere. r auferūt sūm sua frigiditate. r pparant

stomachū. r puocāt appetitū. r stringūt ventres propter eoz

Jo. mes. cap. de myrabola/ stipticitatem. nis. Myrabolani

emblici sunt ex medicinis cōfortantibz stomachū r cor r epar r viscera. Et meliores ex eis sunt ha bentes frustra grossa r densa r graniaq min cre

unt in ossibus: r plus in carne. rari quoqz nō ha bent spiritū. Et sunt frigide cōplexionis parum r sic. in pmo gradu. Et ipsi sunt confortatiui mem

brorum ipsozum: r coadunatiui partium eorum. Et sunt de extingūcibus inflammationem in sto macho et epate. Et ipsi nutriti maioris sunt opera

tionis r minoris corrugationis. Modus nutriti emblicos: Accipe ex eis quantitatemquam vo lueris: r submerge in aqua r expone soli vsqz duz

tumescant r humectentur: post exprime r pone ī aqua mellis: r dimitte per duos dies: r deinde co q cū facilitate: r postqz cocti fuerit dimitte parū

refrigidari: r adde cū eis mellis tabar: set sic qra partem totius: r reconde. r quidam supercondi unt cū speciebus aromaticis confortatiuis: sicut

cum cinnamomo r alooe: gallia: cardomomo: r crocoz r similibus. Bellirici sunt ex medicinis be nedictis. expectatur enim. per eos confortatio. me

liores sunt grossi ponderosi: r densi corticis: fri. sunt in primo: r sic. in secundo. In posse r proprie

tatibus alijs sūt. **Posse. Sera.** auc. emblici r bellirici habent proprietatem demigran di capillos. r pbident casum ipsozum. Et conferūt

emoroidibus: r ipsi tumescunt in aqua. r conditi ex eis faciunt operationes myrabolanorum non conditorum: nisi quia sunt debiliores eis: r in bel liricis maior est proprietas in acumine qd in em blicis. Et idem auc. bedigaras. emblicorum prop

etas confortat stomachum. r prohibent corrupti onem ab eo. fortificāt stomachū: r augent appe titum cibi. r incitant coitum. r abscondunt sputuz

r vomitum. r sedant sitim. r augent operationez sensus. r bellirici sunt propinqui in operatione ci trinis. Myrabolani emblici bellirici r kebuli mi rti cum oleo amigdalarum dulcium r cum mel le tingūt capillos. **Jo. mes.** Myrabolani

colore nigro. emblici edu cunt solutione pblegma: r sunt ex rebus valde cō

fortantibz cerebrum r nervos. r augent intellectū r confortant cor. r conferunt tremori eius. r mun dificāt stomachum a putrefactione r confortant ipsum. r sedant feruorem in eo. r auferunt sūm r addunt in appetitum. r sedant vomitum. ●

Ampelos melana. i. vitis nigra: r est viticella

Ampelos leuce. i. vitis alba: et est bionia

Ampelos agria. i. vitis agrestis: qd alio nose dē lā busca: cuius flos vocat inant vī inātū: r eius sunt

due species. l. l. barim.
 Ampeleos agrestis idem quod supra
 Ampeleos inoferos vel vinoferos. i. vitis vinife-
 ra: pro qua. l. l. barim.
 Ampelopraffon .i. aratillus
 Ampleopia est obscuritas videndi que fit ab ali-
 qua non manifesta causa.
 Amplemon .i. scolopendria
 Amplenon idem quod supra
 Amzen quid est lege litteram bet
 Ami .i. fructus iuniperi
 Amiantum. i. teste ouoz quibus pulli excludunt
 in nidum.
 Amiacij. i. medicina vinda que est similis cinna-
 momo.
 Amicroceum. i. facile ad cognoscendum: vt in ale-
 xandro de tussi.
 Amicrotero idem quod supra
 Amicas .i. scarificationes
 Amictica virtus id est laceffitozia irritatozia ape-
 ritina.
 Amictas .i. labri ventris
 Amicticum .i. mitigatorium
 Amiceticum .i. reorganizatum
 Amifructus .i. iuniperus
 Amigdalen. i. arbor spinosa vnde emanat gummi
 arabicum.
 Amigdale pro morbo sunt due eminentie iuxta
 radicem lingue in faucibus similes capitibus ma-
 millarum: et dicuntur branci.
 Amigdaleon .i. oleum amigdalarum
 Amigdalus. i. arbor faciens amigdalas: pro qua
 lege lram lauet.
 Amigdala quid est. l. l. quam supra
 Amilnus .i. camomilla
 Cap. 40.

Amilum vel apoyoy gre.
 ara. visce: latine ve-
 ro amidu. Amidum siue amilum est
 succens frumenti. et dicitur amilum ab a quod est
 sine: et melos grece. i. mola: eo q sine mola fit. Un-
 de amilum est medulla frumenti: quod infundit et
 tundit: donec sur sur suum dimittat: deinde cum
 aqua mittit in spozula: et cum pressura colatur: et
 cum in vno vase velut fer residerit: aqua effusa i
 sole siccat: post hoc leniter stringat. Cassius felix
 cap. de amilo. Amilu temperate caliditatis est et
 humiditatis: qd sic fit: frumentum in aqua frigida
 ponat p diem et nocte: et de die in diem aqua re-
 moueat quousq frumentum videat putrescere: de-
 inde aqua remota optime terat: et cum eadem aq
 optime cofectum: per pannum exprimat: et soli ex-
 ponat: vt exsiccat vsq ad aque consumptionem:
 et frequenter remoueat aqua frigida: donec de-
 albeatur: quod residet. **Sera** .i. aggre. cap. de
 deficcatur et indurat. **Sera** .i. amilo. Amiluz
 infrigidat et deficcatur plus q frumentum. Et meli-
 us ex eo est illud qd fit in estate: et modus opera-
 tionis eius est: vt accipias de frumento: et ipsu be-
 ne purges: et infundes in aqua dulci et laues ipsuz

cum ea: et post pyce aqua illam cum qua ipsuz la-
 uasti: et funde super ipm aquam aliaz: et facies ita
 quinquies in die: si potes: in nocte similiter: et qui
 mollificat oportet q egcias aqua eius cum facili-
 tate sine agitatione aliqua: ne cum aqua egredia-
 tur aliquid de lacte. Et postq hoc feceris calea-
 cum pedibus: et pyce ipsam aquaz: et quod super
 statuerit sup aquam ex fursure collige cum cac-
 cia pforata: et abyce residuum. postq vero purga-
 tum fuerit a fursure et colatum: pone super late-
 res novos: et expone soli calido: et si remaserit in
 eo aliqua humiditas: pone sup ignes. et sapor est
 est acetosus: et virtus eius est pauce caliditatis: s;
 est compositum ex virtutibus contrarijs. na vna
 est frigida ppter acetositatem que est in eo: et alia
 calida a caliditate eius que est a farina que est in
 eo a calore pu. **Bal** pmo de cibis. Amilu ba-
 trefacient. **Bal** bet virtute lenitiuam ex-
 asperatorum. existit autem commune huiusmodi
 opus omnibus substantijs quectiq sicce fm con-
 sistentiam existentes: neq sipticitate habent: neq
 aliquam aliam qualitatem manifestam vel virtua-
 tem: et vocant ipsum apoyoy. i. sine qualitate me-
 rito existetem talem vt ad sensum: est et in humi-
 dis substantijs aliqua talis. conuile autem est vir-
 tute ablutis panibus mun tam alimentu vana-
 cor. **Dias** cap. de amilo. Amilum appellatu
 pon est ab eo q greca milos mola vo-
 cant. i. q sine mola fiat. Est autem vtili amilum
 qd ex tritico fit cretico aut egyptio. Accipe triti-
 cum et laua in aqua bona infunde et muta ei aqua
 limpida quinquies in die: vt diligentius fiat et no-
 cte mutabis ei aquam: et liqua qn molle fit et ma-
 nibus cofrica: et adde aquam: postq cofricau-
 ris et liquaueris: pone ad solem colatum: sed non
 multuz habeat aquam cum liquas. Est autem opti-
 mum amilum recens et candidum et lene sine vlla
 acroze et inquis. **Dosse. Dias** .i. Ami-
 nolo odore. **Dosse. Dias** .i. lu fac
 ad sustinendum rheuma oculoza. alta vulnera ocu-
 lis replet. aspredinem oculoza tollit. sanguine reij-
 cientibus bibitum singulare presidiu est. aspre-
 dines arteriarum dissent. in stello lactis miscetur
 et psum ventris stringit valde. potest autem le-
 uiter stringere: ppter quod in collyrijs lachrymas
 stringentibus miscet. valet similiter contra apo-
 stemata spiritalium et tussim coctum in aqua oz
 dei cum lacte amigdarum additis penidys.
Sera Amilum confert humoribus curren-
 tibus ad oculos et vlceribus que dicitur
 tur felseoles. et qui bibitur abscondit sanguinem q
 venit a pectore. et lenit asperitatem gutturis. et qui
 miscetur cum lacte in aliquo cibo: hoc idem facit
 Amimut .i. cost barcost
 Amineum. i. sine rubore: vnde amineum vinum
 fit. **Dias** .i. sine mixto et sine rubore: tendens ad
 album.
 Amiplius est genus cymini: et inuenit in egypto
 Amiron est species scariole
 Amirisim superpositio carnis q fit i solidatoe

Unde fit ibi tumefactio carnis: q̄ nō est aliud cō
solidatio: nisi appositio carnis superius que illas
partes sic tenet: et vocatur a Gal. apozismus: et ab
Aui. dicitur mater sanguinis.

Cap. 41.

Siberberis ara. grece

oriantū **Sera** auc. Dias. li. ag

latine vero berberi. **Sera** gre. ca. amiber
beris. i. berberi: et est rubus. **Alchiffa** et est dictus
acutū et acū: et est dictum spina. ergo vult dici sp̄
na acuta: et ē illa que facit fructū: q̄ dicit̄ zachuch
siue zaitab: et est amiberberis: et desert̄ a corasce
ni. et est arbor similis arbori piroz siluestrium: q̄
dicitur abbin? siue abaras: nisi quia est minor et
habet multas spinas: et habet fructū similem gra
no myrti: nisi quia est maior et rubens facile fran
gibilis: et habet interius grana: et habet radicē ha
bentem multas ra

Gal. vij. sim. pbar. cap.

dículas ifixas terre. **Hal.** oxiantū. Hec ar
bor est similis virtute et sp̄ arbori archadi. i. piro
rum siluestrium: nisi quia arbor pirozū est stipti
ca stipticitate forti: sed in fructu eius cum stiptici
tate est res inci

Aui. li. ij. capi. de berberis.

dens subtiliter. **Aui.** Amiberberis est aza
rasch: et ex eo est rotundum et rubeum campestre
et aliud est nigrum longum arenosum aut mōta
num: et est fortius. fri. est et sic. in fine tertij gradus
et est vincēs cho

Dosse. Sera.

leram valde. **Sera** eius
eius quādo bibitur aut etiam comeditur abscedit
fluxum antiquum et humiditates antiquas: q̄ flu
unt a matrice. Et quando fit emplastrum cum co
trito attrahit sagittas que sunt infixę carni: et astel
las: et spinas: et alia similia. et quādo percutitur vē
ter mulieris pregnantis cum radice huius ter: aut
fit inunctio cum ea expellit fetum. et est fri. et sic. in
ij. gradu. phibet et incidit sūm calidam. et fortifi
cat stomachum et epar. et ppietas eius est q̄ ofert
apostematib? calidis: et hec auc. **Alben** mesuai. Et
idem auc. **Armasios**. Fructus eius retinet et phi
bet omnes egritudines que fiunt a fluxu ventris.

Aui. Fructus amiberberis confert aposte
matibus calidis ex eis emplastruz su
perpositum. et confortat stomachum et epar. et ab
scindit valde. et confert rasure et fluxui sanguinis
inferius.

Amisul. i. quādo apparent radies capillozū albe
et extremitates sunt nigre.

Amitrocena i. tenens mensuram

Amitrocera i. debilitas epais

Amitrocita i. obscuritas

Amitafay. i. emmentia vlcis vel oculi

Amizen quid est. i. litteram hec

Ambidexter. i. q̄ vtraq; manu pro dextera vtitur

Ambliops. i. ambliops. i. luscus q̄ i die paz videt a
causa non manifesta.

Ambliopia idem quod supra

Ambisubet i. sene

Amfemerina. i. lilialis: et est alquescen

Amfima. i. castoreum: vel quodcumq; animal de
gens in aquis et in terra.

Amfiraros i. sparagus

Amguilanauū i. spina egyptiaca

Ammissenie i. siellach

Ampirepisecon balanon. i. myrabolani indi

Amploopia. i. obscuritas visus: et est luscus qui in
die parum videt a causa non manifesta: vt oziba
sius in alexandro de oculis.

Amocua i. armoniacum

Amolach est species bubonis

Amoi i. radix quecūq;

Amola est quoddam potagium medicinale sat
expertum contra vomitū infantium et puerozum
causatus ex frigiditate: cuius receptio est hec: Re
cipe cinnamomi: spice: croci: ligni aloes: masticis:
nucis muscate: gariofili: tre sigillate: calami aro
matici: zinziberis: rosaz: macis: cardamomi maio
ris et etiam minoris ana. z. i. buliant cum aqua ro.
in vna fiala vitrea in cinere calido: postea colet et
paulatim cum cocleari potui propinet.

Amolella idem quod supra

Amolentem. i. sine iniquatione: vt in alexandro
Cap. 47.

Amomū grece: latine pes co
lumbinus: ara. vo

Dias. cap. d amomo. **Amomū**
genus ē odoratissime ber
beris: cuius frutex est similis botruo in circuitu cui
libet arboris nascens. ramulos habet siccos et du
ros: virgulis similes: coloris subruffi: circa quos
foliola iuncta et copiosa: ex tyro botruosuz semē
reddens: et sibi connexum flozem album veluti vi
ole: folijs similibus bzionie: cuius triplex datur
sp̄s. Est enī qd̄ appellatur armenuz: ceteris me
lius aurosi coloris: vel flau: odoris boni. Aliud ē
quod appellatur medicon primo inferius. nascit̄
in locis humectis: et propterea forma magis atq;
viride et lene tactu: saporē ozigani habens. Ter
tium vero quod appellatur ponticum rufum est
et non longum: nec difficile frāgibile: botruoso se
mine plenū et odore percussibile. i. stipticuz. Elige
dum est autem recens et albus: virgas purpureas
habens expansum: et semine plenū simile botruo
et ponderosum suave: quod masticatum linguam
remordet: vnum colorē habens non varium: vi
res habet calefacientes et stringētes et siccas. **Pli
nius** cap. de amomo. **Amomum** vocat̄ eo q̄ ve
luti odorem cinnamomi inferat. nascit̄ in syria et
armenia. frutex est botruosum semen reddens si
bi connexum floze albo veluti viole figura folijs
similibus bzionie: odore etiam bono: somnum in
citāt. et est ca. et sic. **Sera.** li. aggre. capiti. ha
in tertio gradu. **Sera** meme. **Dameme** i.
pes colūbinus et est amomuz: et est planta sicca ra
cemus: semen sibi habens connexum: habens flo
rem parū simile flozi plante dicte loctidam. quo
rum color trahit ad rubedinē. et circunquaq; sunt
folia multa conglobata: et semen eius in racemis
et habet flozem album similem flozi viole i figura

d

Et melius est armenium: cuius color est valde aureus. Et color ligni eius est ad ruborem vergens et habet odorem bonum valde. Sed illud quod est aquaticum nascitur in locis petrosis et humidis: et est debilius altero. et est magni cuius color est viriditatem tendens ac molle tactu. et lignum eius est valde squamosum. et in odore suo est similis odori rute. et in sapore suo est similis saporis origani. sed illud quod est ex terra que dicitur pontus lignum est habens ad rubedinem declinans non longum nec difficile frangibile. et est ortus eius sicut racemi: et est plenum semine: et odor eius est purus siccus. et illud quod est potentioris odoris est novum album et est optimum. et habet ramulos coloris sanguinis. et quum non est maturum est expansum: et plenus semine racemis parvis simile: granem habens odorem bonum multum mordicans linguam. et color eius est unicus: non diversus. Et quidam adulerant amomum cum planta que dicitur amomides: eo quod similitur amomo: nisi quia non habet odorem ei nec tale semen. et nascitur in armenia. et flos eius est similis flori origani. Si vis non decipi ab hac vel a similibus: cave a planta que est nimis iuvenis: et elige illam cuius rami egrediuntur ab una radice virtus eius est calefactiva.

Salie. vi. sim. pbar. cap. de amomo. Amomum hoc quidem videtur secundum virtutem assimilari acoro nisi quod siccus plus est acorus: digestibilis vero amomum. Et dicitur Gal. in quinta aphorismorum quod omnia alia calida forti caliditate sunt similia. In hoc amomo: sicut sunt cassialigna: tapsus: amonium cinnamomum: et faciunt sodam. Et similiter faciunt plures alie ex speciebus que sunt subtiles et ea.

Anic. li. ij. cap. de amomo. Amomum lide. est arbor sicut botrus ligni sicut et cetera involuti. et habet flores similem ematbiti in colore. et folia eius sunt sicut folia vitis albe. quorum color est sicut aurum. et color ligni est sicut hiacynthi boni odoris. Est species eius alia viridis grossa: nascens in locis humidis. et eius odor est sicut odor rute. et est species alia egyptiaca que non est longa: neque lata: neque debilis: neque gravis ad frangendum: imo similis vite. et odor eius exuberat super transitum vite. Ca. est et sic. in. ij. gradu. subtiliat et maturat: et in ipso est siccitas. et virtus eius est sicut acori virtus: imo est vehementioris digestionis et maturationis: sed acorus est vehementer exsiccativus.

Dosse. Dial. Amomum est ipsius. est prestans somnum. tumores etiam cataplasmatibus admixtum sedat. ictibus scorpionum cum ozimo tritum: et ut cataplasma imponitur occurrit. ex aqua eius oculi tumentes releuant. tumores viscerum vne passe comixtum: et ut cataplasma impositum sedat. muliebria feminarum somno compescat. et huius aqua calida potata nefreticis et epaticis et podagricis prodest miscet diversis antidotis: et miris et varijs odoribus. **Sera.** Amomum inducit somnum: et sedat sodas quando emplastrum cum eo fit super frontem. et maturat apostematam

calida. et confert puncture scorpionis quum fit emplastrum cum eo et bedarogi. i. ozimo: et ponit super locum puncture. et confert apostematibus oculorum tumidis quum fomentantur ex decoctione eius. et confert apostematibus intrinsecis quum cum eo exteri supponit facto emplastro cum passillis. et confert dolori matricis: quum fit nascere cum eo: et quum fit encaustica ex decoctione eius. Et quum bibit decoctione eius est conveniens illi cuius epar est infirmum. et confert egritudinibus renum et podagre. et ipsum igitur in confectionibus multis et magnis et odoriferis. Et idem auc. Hunsym filij Isaac. Amomum est res que inebriat: et teni de proprietate eius est quod inebriat et fa.

Anic. Amomum maturat apostematibus. Amomum stemata ca. et ei decoctione bibitur ad podagram. et sedetur in ea etiam ad illud granat caput et facit sodam et facit somnum. et est ex inebriantibus et dormire faciuntibus. et fit embroca ex decoctione eius ophthalmie ca. et fert pleuresi frigide. et aperit opilationes epatis. et est plurime digestionis quum acorus. et fert doloribus matricis: et intrat in pessarijs matricis. et sedet in decoctione eius ad dolorem renum. et bibitur ex eo ad dolorem matricis omnem. Emplastrum ex eo factum cum bedarogi valet puncture scorpionis. Almanfor. tract. tertio cap. de amomo. Amomum ca. est et sic. quod opilationem epatis ex frigiditate est proficiens. dolorem auferit matricis: in capite tamen gnedinem et dolorem atque scorbomiam generat. Amomatium tumamathos. i. confectio subtilis: per qua. l. l. thymiana.

Amomides est planta satis similis amomo: qua caremus in partibus nostris.

Amoma	i. armonicum
Amomen	i. papaver agreste
Amomim. i. sine rubore: ut in alexandro	
Amomin proprium nomen est	
Amonados	i. artemisia
Amoneabiel	i. cuminum album
Amonisi	i. calamitum fluviatile
Amozellum frutex est sarmento sa: habens folia et flores sicut oliua: et semina nigra curana caros scabiem et lepram: et ponit in syrupo magistri Ursonis posito in antidotario Gal. minori.	
Amozosia est quedam confectio qua ponit Anic. in antidotario suo. Et amozosia est quidam sapor aromaticus sic vocatus.	
Amozifubet	i. sene
Amotua	i. armonicum
Amboz	i. serpillum
Ambolofagine	i. vitis agrestis
Ambolopeassum	i. porum agreste

Cap. 43

Ambrosia est species artemisie et latine dicitur at thanasia. sed secundum Dioscoridum. Ambrosia est aysdo. quere dial. in proprio cap. qui vocat aysdo ambrosiam: et est aysdo ambrosia maior. Ubi sciendum quod ambrosia est duplex. scilicet maior et minor. maior est aysdo. minor vero ambrosia quam noial

Dias. cap. de ambrosia. est species artemisie: que vocatur thanaetum. et ideo dicit ambrosia: quaz multi botrum vocant: aut artemisiam: frutex est multas virgas habens longas palmis tribus: et folia in initio minuta: similia rute. virge sunt plene semine: quasi acimis: odorem vini habent: que non florescit. radix eius tenuis est et longa duobus palmis. nascitur in cappadocia: que circa se iuenerit complectitur. virtus est illi siptica et castalica: et cataplasmatis adhibita omne rheuma partibus corporis.

Gal. vi. sim. pbar. cap. de ambrosia. Ambrosia: siue apium siluaticum: siue apium rusticum: siue botrus siue temidis: et est thanaetum calaplasmata vero habet vim sipticantem et repulcentem.

Amdroplufus .i. imbecillis
Amfofillus albutium idem quod supra
Ambrostosonus .i. curuatio anterior
Amuberis .i. berberis
Amuden .i. amiden
Amuletum .i. ciclamen
Amum idem quod supra
Amulum et id est pondus duarum viciarum minus. 3. ij.
